

Z
5355

Gezeichnete
auf den heiligen Herrn Cabinet-
Minister Grafen von Manteuffel
und dessen Familie.

VI. 41.

74, 4i.

5, 286,

1-5. 6. 6^a. 6^b. 7-19

ILLVSTRISSIMO
SPLENDIDISSIMO, OPTIMO
SOCIETATIS. ALETHOPHILORVM
CONDITORI

S. P.

DIE. CHRISTOPHORI
A. C. N. CIO ICCC XXXXI

X 3

ESTATE LIBRARY
SCHOOL OF LIBRARIES AND INFORMATION STUDIES
SOCIETY LIBRARIES
GODFREY
INFORMATION TECHNOLOGY
LIBRARY SCIENCES

Phosphore, redde diem, per quam sua nomina noscunt
Lucida perspicua non minus ora die.
Ipsa dehinc toties hoc omne frusta recurrit,
Fatorum quoties aurea fila sinunt.
Est face cui luces vita dignissimus illa,
Huic prece et huic votis poscimus ista deos.
Olim nascentem fouit pia cura deorum :
Nunc vegetum stabili muniat illa loco.
Illiis in summis nisi virtus cognita rebus,
At meret in nubo pectore rara fides :
At meret aeterno sapientia dedita vero :
At meret ingenii gratia prompta bonis.
Purpura, qua decuit, studiis vbi cessit honestis,
Et graibus curis fertile cessit ebur ;
Pirosque dies veniente in carmina somno,
Dia que de tenebris tempora laetus agit.
Nemo magis Phoebum dicto mouet atque forores :
Et non est Charisin gratar vla domus .
O decus, o fidus nostrum, non aequa, fatemur,
Imparibus iungunt legibus afra duos.
Splendida si qua micant, hinc me mea secta remouit.
Secretum vitae praefero tectus iter.

Attamen ista bona laus fulgentissima mentis
In te vix oculos fecit satiare meos.
Te clarum genere, ingenio, virtute, decore,
Regibus admouit iura fecutus Honor.
Me populi miscer turbae melioribus ortum
Non Fortuna, pudor nec malus, at ratio,
Te meritum vexit sublimi gloria curru:
Contigit excelfo sors tibi par animo:
Me regit obscurum prior ordo, et signa sequentem
Calliope medico diua fauore beat.
Te deus explicita voluit per caerula puppi
Innocuum tuto littore posse frui.
Me littus paruum hoc habet olim, ac semper habebit,
Quae mea sunt tumidis fluctibus eripio.
Attamen est certe quod me tibi temperat astrum:
Confona sunt votis et mea vota tuis.
Quod si igitur timide quod censer amiculus audis,
Cilnius ut Flacci carmina parva fui,
Non alia cupias pulcherrima tempora vita;
Quam quae praesenti iam tibi currir, agi:
Nec maiora deos poscas. Gargettius hortis
Nil melius videat posse venire suis.

* * *


Pon 7c 5355, 2°

ULB Halle 3
003 252 566



5b.

m.c.



B.I.G.
ILLVSTRISSIMO
SPLENDIDISSIMO. OPTIMO
SOCIETATIS. ALETHOPHILORVM
CONDITORI

S. P.

DIE. CHRISTOPHORI

A. C. N. CIO ICCC XXXXI

X. 3